



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvtiensis Ordinis S.
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac
sumptu haud ita modico ...**

Rupert <von Deutz>

Colonia, M. D. XXVI.

VD16 R 3796

Ite[m]de eo q[uo]d ibide[m] in p[ro]pheta scriptu[m] est, cum quo inijt
co[n]silium[m] & instruxit eu[m], & docuit eu[m] semita[m] iustitiæ, &
erudiuit eu[m] sci[enti]am, & uia[m] prude[n]tiæ ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

illo cōsilios p̄m dñi. Ecce homo, siue humanū genus cum sit mortuum secundū animam, si uita corporis uixerit in æternū, non erit quo recuperetur. Quid autē ad hæc sapientia dei filius dei. Holocaustū ait & ppctō nō postulasti, tūc dixi, ecce uenio. Ego ego ex antiquis auctoritatibus quā terra fieret, & dum hęc uel illa fierent, dum tecū essem cuncta componens, iamdu dum pro deliciis meis habebam esse. Sed ecce oportet, ut omnes moriantur, morte carnis filii hominum, quoniam morte animi mortui sunt. Num ego subterfugiam propositum, & renuam esse cū filiis hominū? Immo in maiore necessitate maiorē confirmabo charitatem. Et ecce uenio, taliter ut causa illo, siam holocaustū & pro peccato. Quis in hoc consilia rius fuit, & ostendit illi? Vere nullus extrinsecus, sed ipse dei filius, spontaneā offerens obediēt, consiliarius fuit, immo est. Vnde Propheta loquitur: Et uocabitur nomen eius ad mirabilis, consiliarius. Cum quo iniūti consiliū, & instruxit eum? Vere cum nullo extrinsecus, sed intrinsecus in abscondito trinitatis rationabiliter diffinitū est, decere eū sicut Apostolus dicit propter quē omnia, & per quē omnia, qui multos filios in gloriā adduxerat, siam per præscientiā & prædestinationē ante omnia secula, autorem salutis eorum per passionē consummari. Quid rogo ista consummatiōe decentius? Quid ista rationabilī charitate pulchri us? Hæc est semita iustitiae, quam nullus extra docuit eū. Hæc est scientia qua nullus eruditus est: hæc est uia prudentiæ quam nullus ostendit illi, sed ipse adinuenit. Vide ergo. Nisi præcautum fuisset ne sumeret hō etiā de ligno uitæ, & uiueret in æternū, quales fierent uel steri possent deliciæ huic sapientiæ dei, esse cum filiis hominum? Si enim nec filii hominū, qui in mortui erant secundum animam, secundum carnem morerentur. Nec ipse dei filius, dignatus esse cum filiis hominum, secundum carnem moreretur, quid delitiorum illi, aut quæ utilitas nobis, illum esse cum filiis hominum? Nulla: Sicut enim granum frumenti cadens in terram, nisi mortuum fuerit ipsum solum manet: ita nisi & nos omnes fuisse in hominū secundum carnem moreremur, & ipse uolens esse cum filiis hominum, fuisse illis nobis locutus hoc unum de similibus, ut secundum carnem moreretur, maneret ipse solus, nec esset in quo uel per quid diuinitas nobis propiciaretur. Nunc autem quia dixit deus homini, puluis es, & in puluerem reuerteris. Dicit Iob: Inueni in quo propitier ei, & quid est illud? Nimirū ut debeam per omnia fratribus assimilari, subauditur absque peccato. O iuentio mirabilis, ob hoc tradendū eē morti filiū, ut seruo dñis deberet repropitiari. Itē de eo quod ibidem in Propheta scriptum est, cum quo iniūti consiliū, & instruxit eum, & docuit eum semitam iustitiae, & eruditus eū scientiam, & viam prudentiæ ostendit illi. Et responsio ad illam per canticationem secundum Apostolum dicens, sapientiam loquimur inter perfectos. Et alibi: nobis autem reuelauit deus per sp̄ritum suum.

Caput VIII.

Stati iustitiae semitā quis eum docuit? Istam prudentiæ uiam quis ostendit illi? Est enim ibi & semita & uia, & uia sancta uocabitur, ait idē Propheta. Et alijs qui dem semita, id est, angustior uia: alijs autē uia, subauditur plana siue amplificata, & quibus uel qualibus est semita? Quibus itidē uel qualibus est uia. Nimirū semita illis est, qui non sapiunt ea quæ dei sunt, scilicet sapientibus huius seculi, de quibus uel qualibus Apostolus cū dixisset, quoniam Iudæi signa petūt, & Græci sapientiā querunt: nos autē prædicamus Christū crucifixū, Iudæi qđ scandalū gentibus autē stultitiam, postmodū ait. Sapientiam autē loquunt iter perfectos. Sapientiā uero nō huius seculi, neq; principiū huius seculi qui destruuntur, sed loquimur dei sapientiā in mysterio quæ abscondita est, quæ prædestinavit ante secula in gloriā nostrā, quā nemo principiū huius seculi cognovit. Si enim cognouissent, nunq; dñm gloriæ crucifixissent. Nimirū istis uel omnibus, qui eiusmodi sunt, ista ratio iustitiae, de qua nunc loquimur, semita est, id est, uia tāq; arta, ut pauci sint uel fuerint ex eis qui inuenirent eam. Porro uia prudentiæ, uia (inquam) id est, plus quam semita istis est, qui diligunt illum, quorum uel qualium est unus idem Apostolus, qui protinus subiungit. Nobis autem reuelauit deus per sp̄ritum suum, & cætera usq; spiritualis homo iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur, quis enim cognovit sensum dei qui instruat eum? nos autem sensum Christi habemus. Ergo quād pulchra uia prudentiæ, quanta

D 4 puchis

Consilium sapientiæ diuinae sup morte hoīis corporis. Psal. 39. Prover. 2 addo tūc cū fīls hominū

Esa. 9

Heb. 2.

Iohan. 17

Iob. 55

Heb. 4

Esa. 35
Différunt semita & uia.

j. Cor. 1.

j. Cor. 2

Via prudentiæ
uerbo crucis

XLIII. RUPER. ABBA. DE GLORIFI. TRINI.

pulchritudo iustitiae in uerbo crucis, de quo tunc loquebatur apostolus dicens. Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est, his autem qui salui sunt, id est nobis, virtus dei est & de quo uidelicet uerbo crucis mentio nunc nobis occurrit, contemplantibus illud consilium trinitatis, quod admiramus cum propheta dicentes. Quis confiliarius eius fuit, & ostendit illi? Audemus nos adiungere, his qui dicunt, nobis autem reuelauit deus per spiritum suum: audiuiimus enim dicentem dei filium, cum dignaretur baptizari a Iohanne, nimirum baptismu poenitentiae. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Audiuiimus & Apostolum dicentem, quia decebat eum autorem salutis per passionem consummari, quae uidelicet passio poenitentiae illius, quam ob implendam omnem iustitiam suscepit, consummatio fuit.

Esa. 40.
Match. 3
Hebr. 2.

Beilla ironia dei sue sancte trinitatis, qua dixit, Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est sciens bonum & malum, cum iam premisset, quia puluis es & in puluerem reuertaris, et quomodo illa ironia in serum conuersa est, quando nouis Adam Jesus Christus factus est una persona ex tribus personis sancte trinitatis. Cap. IX.

Filius dei factus quasi Adam, ut Adae resieret unus ex nobis. Ef. 5:3

Psalm. 50

I. Iohan. 3,

Ordo iusticie in reparacione hominis.

Esa. 1:4.

Non ergo dubitamus, quia simul ut sancta trinitas hanc ironiam edixit. Ecce Adam, quasi unus ex nobis factus est, sciens bonum & malum, cum iam premississet, quia puluis es, & in puluerem reuertaris, iamque fecisset Adae & uxori eius tunicas pellicias, & induisset eos, taliter in eodem consilio retractatum est, ut diceret. Non est Adam factus ut putabat, quasi unus ex nobis, immo amisit illud quod habuerat, uel habere potuerat ex nobis. Sed decet nos implere omnem iustitiam, taliter, ut unus ex nobis fiat quasi Adam, id est, ita fiat homo, ut sit etiam mortalis secundum carnem sicut Adam, & tali morte moriatur, quasi sceleratus sicut est Adam, & inter iniquos reputetur, qualium omnium exemplum est Adam. Per hoc enim fiet, ut quam multi filii Adam, siant, quasi unus ex nobis, nequamquam a sua spe decepti, sicut decepti est Adam, siant inquam quasi unus ex nobis, id est siant filii dei per gratiam, fratres & coheredes unicus filii, qui est unus ex nobis. Nonne sic est factum? Non ergo dubitamus in illo trinitatis consilio sicuisse dictum siue tractatum, filius dei unus ex illis tribus personis, bonum pro malo, id est gratiam pro rapina reddidit homini, factus quasi Adam. Unde & dicit: Oblivioni datus sum tanquam mortuus a corde, id est mortuus morte animae, & factus sum tanquam uas perditum, nimirum ut fuit Adam, & estimatus sum cum descendentiis suis in lacum, qualium primus factus est Adam, & factus sum, id est, reputatus sum sicut homo, subauditur sine adiutorio, subauditur diuino, & sicut uulnerati dormientes in sepulchris, id est, oppressus tam aequalibus peccatis quam & peccato originali, quod fecit Adam cum esset inter mortuos liber, uidelicet potestatem habens sumendi animam meam post mortem, quae libertas mortuorum non est. Ita plane factum est, ac perinde conuersa est ironia illa in serum, ut ueraciter dicas, o trinitas deus, ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, id est, homo in unitatem personae proiectus est in filio, qui unus ex nobis est, homo inquam filius dei factus est, & hic est nouis Adam, multorum filiorum pater, quorum uniuersitas, quasi unus ex nobis est, id est, filio dei similis est. Hinc est illud quod dicit. Scimus quia quum apparuerit similes ei erimus, quia uidebimus cum sicuti est.

Be fide que est unum & precipuum donorum spiritus sancti, quod ipsa in sanctis antiquis, in patribus primis tanti sacramentis salutis preparatio fuerit

Caput X.

Ad tam mirum tamen ineffabile sacramentum, nimis & grandi preparatione opus erat. Quia uel cuiusmodi preparatione, nisi fidem, denique per culpam perfidiae & ambitionis nimirum se se indignum deo fecerat Adae, credendo serpenti magis quam deo, & amiendo celitudinem illam quam primus ambivit ille, dicens in corde suo, ero similis altissimo. Quid enim aliud mendax ille promisit? dicendo eritis sicut di. Ergo contra, preparatione opus erat fidei & humilitatis, ut saluo ordine iustitiae dignos se redirent filii hominum illa gratia, quam proposuerat sapientia, qua intelligimus & scimus ipsum esse dei